

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris  
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Tertiæ Partis Volumen Secundum

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum hæretici, & schismatici, vel excommunicati possint conficere hoc  
sacramentum? 7

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38725**

libus, sicut in missa. Et ideo quantum ad hoc non est simile. Est autem simile quantum ad effectum sacramenti.

Ad tertium dicendum, quod per virtutem Spiritus sancti (qui per unitatem charitatis communicat in unicem bona membrorum Christi) fit quod bonum priuatum quod est in missa sacerdotis boni, est fructuosum alijs. Malum autem priuatum unius hominis non potest alteri nocere, nisi per aliquem consensum: ut Aug.\* dicit in lib. contra Parmenianum.

## ARTIC. VI.

*Vtrum heretici, schismatici, & excommunicati possint consecrare?*

500  
4. d. 13.

q. 1. a. 1.

q. 3. q. 7. et

ex tra 5.

in Io. t. 9

18. q. 1. a.

2. q. 3. ad

2. et d. 19

q. 1. a. 2.

q. 3. ad 1.

& quot.

x 2. a. 16.

† i. l. sent.

ex Aug.

collecta-

ru. c. 15.

to. 3.

\* Leo in

ep. 18. ha-

betur 1. q.

1. c. i. eccl

sa Dei.

† i. q. 1. c.

74. Aria-

nos.

**A**D septimum sic proceditur. Videtur, quod heretici, schismatici & excommunicati, Eucharistiam consecrare non possint. Dicit enim Augus. † q. extra Ecclesiam catholicam non est locus veri sacrificij. Et Leo Papa dicit,\* & habetur in Decr. 1. q. 1. Aliter, scilicet quam in Ecclesia, quæ corpus Christi est, nec rata sunt sacerdicia, nec vera sacrificia. Sed heretici, schismatici & excōmiciati sunt ab Ecclesia separati. Ergo non possunt verum sacrificiū confidere.

**¶ 2** Præterea, Sicut ibidem legitur, Innoc. + Papa dicit, Arianos ceterasq. eiusmodi pestes, quia laicos eorum sub imagine penitentiae fuscipimus, non videntur clerici eorum cum sacerdotijs aut cuiuspiam mysterij fuscipendi dignitate esse, quibus solum baptisma ratum esse permittimus. Sed non potest aliquis consecrare Eucharistiam, nisi sit cum sacerdotijs dignitate. Ergo heretici & ceteri huiusmodi, non possunt Eucharistiam consecrare.

**¶ 3** Præterea, Ille qui est extra Ecclesiam, non vñ aliquid posse agere in persona totius Ecclesiaz. Sed sacerdos consecrans Eucharistiam, hoc agit in persona totius ecclesiaz: quod patet ex hoc, quod omnes orationes proponit in persona Ecclesia. Ergo vñ, q. il li qui sunt extra Ecclesiā, scilicet heretici, schismatici & excōmiciati, non possint consecrare Eucharistiam.

SED

S E D contra est , quod Aug. † dicit in 2. contra Parmenianum, Sicut baptismus in eis, scilicet hæreticis, schismaticis & excommunicatis , ita ordinatio manxit integra . Sed ex vi ordinationis sacerdos potest cōsecrare Eucharistiam. Ergo hæretici, schismati ci & excommunicati, cum in eis maneat ordinatio integra, videtur quod possint cōsecrare Eucharistiā.

R E S P O N D E O dicendum , quod quidam dixerunt, quod hæretici, schismati ci & excommunicati, quia sunt extra ecclesiam, non possunt confidere hoc sacramentum. Sed in hoc decipiuntur: quia sicut Aug.\* dicit in 2. contra Parmenianum, aliud est aliquid omnino non habere, aliud autem non recte habere : & similiter etiam est aliud non dare , & aliud non recte dare. Illi igitur, qui intra Ecclesiam consti tuti, receperunt potestatem consecrandi eucharistiā in ordinatione sacerdotij , recte quidem habent potestatem, sed non recte ea vtuntur, si postmodum per hæresim aut schisma vel excommunicationem, ab ec clesia separantur . Qui autem sic separati ordinantur, nec recte habent potestatem, nec recte vtūtur. Quod tamen viri que potestatem habeant , patet per hoc, q (sicut Aug. ibidem \* dicit) cum redeant ad unitatem Ecclesiæ , non reordinantur , sed recipiuntur in suis ordinibus . Et quia consecratio Eucharistiæ est actus consequens ordinis potestatem, illi qui sunt ab eccl esia separati per hæresim, aut schisma, vel excommu nicationem, possunt quidem consecrare Eucharistiā, quæ ab eis consecrata, verum corpus & sanguinem Christi continet: non tamen hoc recte faciunt , sed peccant facientes . Et ideo fructum sacrificij non percipiunt: quod est sacrificium spirituale .

Ad primum ergo dicendum , quod auctoritates illæ, & similes intelligendæ sunt quantum ad hoc , quod non recte extra ecclesiam sacrificium offertur. Vnde extra Ecclesiam non potest esse spirituale sa crificium , quod est verum veritate fructus , licet sit Verum veritate sacramēti; sicut etiam supra \* dicūm q. 80. a. 3

cīt,

l. 2. a. 13.  
10. 7.l. 2. c. 12.  
ante me.  
to. 7.l. 2. cont.  
Parmen.  
c. 13. a. 7.

430 QVÆST. LXXXII. ART. VII.  
est, quod peccator sumit corpus Christi sacramentaliter, sed non spiritualiter.

Ad secundum dicendum, quod solus baptismus permittitur esse ratus hereticis & schismaticis, quia possunt licite baptizare in articulo necessitatis. In nullo autem casu licite possunt eucharistiam consecrare, vel alia sacramenta conferre.

Ad tertium dicendum, quod sacerdos in missa in orationibus quidem loquitur in persona ecclesiae, in cuius unitate consistit. Sed in consecratione sacramenti loquitur in persona Christi, cuius vicem in hoc gerit per ordinis potestatem. Et ideo si sacerdos ab unitate ecclesiae recessus, missam celebret, quia potestatem ordinis non amittit, consecrat verum corpus & sanguinem Christi: sed quia est ab ecclesia unitate separatus, creationes eius efficaciam non habet.

#### A R T I C . V I I I .

Vtrum sacerdos degradatus possit hoc sacramentum confidere?

4. dif. 11. q. 2. ar. 1. A D octauum sic proceditur. Videtur, quod sacerdos degradatus non possit hoc sacramentum confidere. Nullus enim conficit hoc sacramentum, nisi quoniam 12. per potestatem consecrandi quam habet. Sed degradatus non habet potestatem consecrandi, licet habeat potestatem baptizandi: ut dicit Can. 1. qu. 1.

Habetur caput quidam. Ergo videtur, quod presbyter degradatus non possit eucharistiam consecrare.

q. 1. cap. 1. Præterea, Ille qui aliquid dat, potest etiam auferre. Sed Episcopus dat presbytero potestatem consecrandi, ordinando ipsum. Ergo etiam potest ei auferre, degradando eum.

¶ 3. Præterea, Sacerdos per degradationem aut amitterit potestatem consecrandi, aut solam executionem. Sed non solam executionem: quia sic non plus amitteret degradatus, quam excommunicatus, qui etiam executione caret. Ergo videtur, quod amitterit potestatem consecrandi. Et ita videtur, quod non possit confidere hoc sacramentum.

SED